



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vera Concilii Tridentini Historia**

Contra falsam Petri Suauis Polani narrationem

**Pallavicino, Sforza**

**Antverpiae, 1670**

Capvt VII. Effecta post diem Luthero dictam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11642**

1518. Hinc omisit planè rem priùs cum Saxone stabilire, à quo eius effectus pendeat; quandoquidem neque sacra Pontificis auctoritas vim obtinet contra nolentem, neque profana Maximiliani se tam validam ostentabat, quæ posset suo iussu pollentem viribus Septemuirum deterrere. Quare Saxo, qui ante susceptam priuati hominis tutelam fortasse honori sibi duxisset, duobus hinc summis Principibus sponte gratificari, compulsus ad reuerentiam Lutherò, dum opportuna erga se officia negligebantur, se paulatim abduci passus est ab ea vi, quam incutit viuida eloquentis hominis vox, & auditorem doctrinâ superantis: adiecto etiam delectamento, quo gaudent Principes, hominem in sua ditone natum supra ceteros exteros sapientiâ ac ingenio excellere, & consuetâ propensione putandi, debiliorem à potentiore opprimi.

Romæ itaque, vbi lentius quàm pro rei magnitudine mora trahatur (vbi mos est in Aulis maximis, in rebus quæ nondum ingentes videntur, ac præsertim procul spectatæ ipsâ longinquitate minuuntur) Augusto ineunte, nimirum nono mensè post excitatione à Martino turbas, mandato Pontificis expeditæ ad Lutherum literæ ab Apostolicæ Cameræ Auditore, quibus in ius ritè vocabatur Romam, vbi intra sexagenum diem præsens causam diceret super iis quæ ipsius doctrinæ opponebantur. Causæ Iudex idem Auditor delegatus, qui ex suo munere Pontificias omnes sanctiones exequitur. Sed quò Theologi iudicio dirigeretur, collega illi adiunctus sacri Palatii Magister, cuius supra facta est mentio, ad quem causa spectabat, quippe tunc generalem Fidei Quæsitorem: cogitaret interim Lutherus, an illum vellet, vt ipsi fas erat, suspectum denunciare, ob commissam priùs inter eos contentionem.

## C A P V T VII.

*Effecta post diem Lutherò dictam.*

HÆc in ius vocatio, Lutheri animum summoperè exagitauit; quippe certum non parere, incertum an impunè id posset. Promiserat illi Saxo, se non permissurum vt vi extra Germaniam traheretur: sed idem non ignorabat, Principes etiam non semper posse præstare, quod cum promiserant, se posse putarant. Neque tum illi erat tantum impudentiæ, vt satis esset ad sustinendam à Pontifice in causa Fidei damnationem citra pudorem. Eapropter iteratas scripsit, \* atque anxias literas ad Septemuirum, Conuentus causâ commorantem Augustæ, & ad Georgium Spalatinum, illius  
Aulicum,

\* Epist. 41.  
tom. 2.

Aulicum, sibi que fidum. In earum nonnullis eos enixè rogabat, vt Septemuiro ac Cæsare intercedentibus, à Romano Pontifice delegarentur suæ causæ Iudices intra Germaniam; vnde obligatione Pontifici se statuendi soluebatur, simulque manebat facultas ad eum post primam sententiam prouocandi, & interim patronis & asseclis se muniendi. \* Curauit etiam, vt idem peteret à Pontifice Wirtembergensis Academia, quæ Leoni testata est, Lutherum contaminatum non esse vllâ doctrinâ repugnante Romanæ Ecclesiæ, cui Academia ipsa, cuius alumnus erat Lutherus, integram confessionem atque obedientiam profitebatur: sed tantummodò propositas ab eo fuisse disceptantis, non affirmantis modo theses aliquot, liberiùs quàm eius æmuli ferre potuissent.

\* Tom. 1.  
Operum  
Lutheri.

2. Veritus tamen Lutherus, ne Pontifex illis postulatis non assentiretur, \* aliis literis à Septemuiro postulauit, vt simularet se à Luthero rogatum, vt ipsi liceret per Septemuiri ditionem, eius interpositâ fide, iter facere quo Romam peteret; se verò recusasse, adscriptâ literis die veram diem antecedente: vt Lutheri postulatio mentiretur tempus opportunum (quod iam defluxerat) ad eam re exequendam priùs quàm sexaginta dies præscripti elapsi fuissent. Addebat etiam nescio quæ sophismata, quo factum à mendacio liberaret: nullius tamen testimonio mihi liquet, Saxonem ad eam indignitatem adductum: solum rogauit Saxo Caietanum Cardinalem, quem supra memorauit, tunc apud Cæsarem legatione fungentem, vt exoraret à Pontifice illius causæ delegationem in Germania. Iuuat hîc in transitu notare, falsum esse quod communiter hac de re scribitur, Caietanum scilicet, vtpote insignem Theologum, in Germaniam missum, vt Martini nouis conatibus obstitere. Eius legatio casu, & ex aliis causis orta est: siquidem eo tempore Italia metu perculsa ob Turcæ propinquas victorias, quas in dies reportabat, Romanus Pontifex Christianorum Principum fœdus contra communem hostem promouebat: eiusque gratiâ

\* Epist. 56.  
tom. 1.

14. Martij, an. 1518. \* destinauit in Vaticano Senatu quatuor Legatos, ad Cæsarem, & ad Reges Hispaniæ, Galliæ, & Angliæ. Ad primum designatus fuit Alexander Farnesius Cardinalis, cui Sadoletus, à Secretis Pontifici, mandata præscripserat, in quibus nihil de nouis Lutheri cœptis, quippe de re nullius tunc existimationis. Postea, ægrotante Farnesio, successus in Senatu Vaticano habito die 26. Aprilis \* Caietanus Cardinalis. Cùm igitur is in Germania ob aliam causam versaretur, suas interposuit ad Pontificem preces, Septemuiro impellente.

\* Blasius  
Cæsenas in  
Diariis Leo-  
nis X. ann.  
1518. & A-  
cta Consti-  
torialia die  
14. Martij.  
\* Blasius  
Cæsenas vbi  
suprà. & A-  
cta Cõstitor.  
26. Aprilis.

Pars I.

D

At

1518.  
\* Lutheri  
Operum  
Tom. I.

At verò glifcebat Romæ indignatio contra Lutherum, ex nuntiis de glifcentibus in Germania eius erroribus. \* Propofuerat ille in Vniuerfitate Heydelbergenfi, priufquam Romam acciretur, aliquot ab eo nuncupata *Paradoxa*, appofito ad ea confirmanda tractatu.

Affirmabat illic: Humana opera omnia effe peccata lethalia; folumque venialia euadere, fi fiant cum metu ne fint lethalia.

Solam Fidem ad falutem fufficere.

Post peccatum Adami nullas in homine remanere reliquias liberi arbitrij.

Voluntatem nihil operari in bonis actibus, fed folùm exercere ministerium caufæ *Materialis*, vt dicunt, & *Paffiua* in iis excipiendis, non verò eos producere; atque idem ante Adami peccatum eueniffe.

Quæ opinationes ex ipfius Lutheri confeffione aded enormes vifæ funt, vt rifum fæpius in corona excitauerint. Fuit etiam ibi qui diceret, fi ruflici eas propofitiones audirent, haud fanè fe à iactu lapidum abftinerent. Sub idem tempus, per effrenatam obloquendi licentiam, eft debacchatus in ea quæ apud Philofophos maximæ funt reuerentiæ, pluribus pofitionibus productis tam genericis quàm peculiaribus, in fummum Aristotelis eiuſque doctrinæ contemptum, Anaxagoræ, Pythagoræ, ac Platonis placitis antepofitis.

### C A P V T VIII.

*Cur Lutherus huiusmodi opiniones docuerit, & præfertim inter eas quedam aded incredibilia; & tamen affectus nactus fit.*

**I**Am verò fi hæ opiniones de Luthero narrarentur, non autem in ipfius voluminibus palàm effent, eas equidem vel amplificatio- nes, vel malignas interpretationes, vt crebrò affolet, æmulorum putarem. Sed cùm eas iterùm atque iterùm ille pronuntiarit, ac diu fuftinuerit, mirum fanè videtur, quo pacto ipfe non agnouerit falſas, & aliis perfuaferit pro veris. Verumtamen, fi rem intimè perferutemur, deprehendemus, vbi fic primò exilire cœpit, aliam nequiuiffe viam inſiſtere, quæ duceret quò inhiabat. Me non latet, quandoque Scriptores ſibi fingere myſteria & prouida confilia, in eo quod reapſe cæci caſus fortuitum opus fuit; nec pro certo affirmauerim, non idem mihi euenturum in ſequenti coniectura. Quòd ſi ex vna parte debilium ingeniorum eſt, ſibi ſuadere, cunctas mortalium actiones altiffimum ſibi finem præfigere; quemadmodum